



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

**Puente, Luis de la
Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 6. de Matrimonio, Castitate, ac Religionibus

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

SEPTIMO: vt phrasis illa modusq; loquendi extirpentur, quibus aliqua vti solent: communica hodiè pro me, quia ego non possum; alio die ego pro te communicabo; offeras pro me hanc communionem, &c. nam ex huiusmodi loquendi modo colligere liceret, tales communicantes irasentire, & existimare, vt quisque pro altero satisfaciatur, etiam in communione, quæ fit ex obligatione; & eos quoad hoc non discernere inter communionem, & sacrificium Missæ: & idem intelligitur de Missæ auditione, si dicatur: audi nunc pro me Sacrum, ego alio die pro te audiam: nam quæ posset dicere: confitere hodie pro me; & ego alio die pro te confitebor. Non tamen propterea impedimus, quo minus alter possit alteri applicare operum suorum satisfactionem, & impetrationem.

§. VI.

De Matrimonio, Castitate, ac Religionibus.

PRIMUM, vt moneantur, ne votum Castitatis foeminis consulatur, nec ordinariè approbetur absque magna cautela, & consideratione: & multò magis attendatur, ne votum non nubendi in sæculo mansuris consulatur. Videant nostri Confessarij Regulam vigesimam tertiam Sacerdotù, & ita nostri de Castitate loquantur, vt non possit ex eorum verbis accipi occasio cogitandi, aut dicendi, reprobari à nobis tãquam malum coniugium.

Deinde, ne cõsulatur, nec ordinariè approbetur,

vt foeminae habitum induant Beatarum, quae tota vita gestent, non suscepto statu Religio-
 Perpendatur quoque valde vigesima quinta Regu-
 la Confessariorum, quae prohibet, genus alicuius
 vestimenti, aut particularis coloris alicui potes-
 tenti praescribi. Multoque magis caueant, ne
 ingerant in constituendo ordine, & gubernatio-
 ne familiae minutim, & in rebus particularibus,
 vt superius etiam monuimus; & similiter foemi-
 nis statuentibus castè viuere, & ad aliquam pro-
 pendentibus Religionem, ad quam aptae esse ve-
 deantur, ne talia desideria illis dissuadeantur, in-
 ducendo, verbi gratia, ad habitum Beatarum in-
 duendum; aut ad manendum in saeculo sine illo,
 nisi fortè rarissimè alicui foeminae, attenta eam
 aetate, securitate, & particularibus alijs circum-
 stantijs,

TERTIO: vt nostri de alijs Religionibus, et
 rumque Exercitijs, & vita; & maxime de earum
 Institutis benè semper loquantur, & praecipue
 nunquam de Religionibus foeminarum ita loquan-
 tur, vt velint aliquas virgines à tali Instituto am-
 plectendo auertere, aut terrere.

QUARTO: vt de ipsa nostra Religione vniuer-
 sim, ac de rebus nostris, & nominatim de nobis
 ipsis: verè & humiliter sentiamus; parum & raro
 intus aut extra domum de eis loquamur; multo
 verò minùs eas exaggeremus, & extollamus, quae
 si nostram Religionem alijs; aut nos ipsos alijs re-
 ligiosis praeferamus. Et inter agendum cum secularibus,
 adhuc amplius decet nos continere: ita vt ex
 nullo indicio possint occasione sumere cogitandi,
 quod velimus nobis quasi viam spiritus attribuere,
 & alijs

& alijs p̄ripere ipsam sanctitatē, eiusq; directio-
nē & Magisteriū. Eandem curā adhibere oportet
in loquendo de his rebus: de ingenijs scil. homi-
num Societatis, de exacta ratione studiorum, de
multis Subiectis, quæ illam ingrediuntur, & eo-
rum dotibus & facultatibus, de insignibus Con-
cionatoribus, de magna ad nos confluentium fre-
quentia, de Prælati ac Dominis nobis addictis;
de acceptione bonoq; loco, quem etiam apud
plebem habemus; de fructu, quem nostri faciunt
in Indijs Orientis & Occidentis &c.

HÆC sunt monita prudentis huius Magistri
ad homines huius Societatis, quæ pro tempore,
quo illa tradidit, valde fuerunt oportuna, & om-
nibus sunt semper magni momenti,

CAPVT XXXIV.

*QVO ZELO LITERIS SVIS AB-
sentes iuuabat, & quantam prudentiam
& efficacitatem in eis ostendebat,
subijciuntur aliqua exempla
valde spiritua-
lia.*



VAMVIS P. Balthassar valde
effet notus in Castillia, in qua
plurimos habebat filios spiri-
tuales, variasq; personas, quæ
res suas libenter illi communi-
cabant: non tamen charitatem
ac Zelum suum angustabat ad

Bb 5

proxi-